

Johann Sithmann    Andreas Petrus Crolovius


**Speculi Imperii Romani Veteris Et Moderni Ex I. 2. ff. de O. I. ad modernum usq[ue] Imperii statum, & formam continuati Disputatio Quarta, De Iure Praetorio: Praetoribus: Et L. Regia Romanorum**

Stetini: Goetschius, 1651


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75742435X>


Druck    Freier  Zugang





V. K. 2 (165.)





12  
SPECVLI IMPERII ROMANI  
VETERIS ET MODERNI

Ex l. 2. ff. de O. J. ad modernum usq; Imperii  
statum, & formam continuati

DISPUTATIO QVARTA,

DE

JURE PRÆTORIO:  
PRÆTORIBUS: ET L. RE-  
GIA ROMANORVM.

Qvam

SS. Triade feliciter annuente

PRÆSIDE

*Clarissimo, Consultissimo & Excellentissimo*

DN. JOANNE Stehman Pom. J. U. D.  
PROFESSORE REGIO,

Præceptore & Fautore æviternum honorando,  
*Publicæ disquisitioni submittit*

ANDREAS PETRUS CROLOVIUS,  
Corlin. Pom.

In Acroaterio Majori d. 11. Julii horis  
ab 8. matutinis.

ANNO M. DC. LI.

STETINI,

Typis: GEORGII GOETSCHII, Pædag. Reg. Typogr.

J.V.

RECOGNITIONE IMPERII ROMANI  
VETERIS ET MODERNI

Ex auct. J. G. Schaefferi, in  
Museum & Cabinetum

DISPUTATIO QUARTA  
DE

REPERITIONE  
PRATORIBUS ET A. RE.  
GIA ROMANORVM

22. Theat. Schaefferi  
L. 1. 2. 3.

Dr. JOHANNES SCHAEFFER  
PROFESSOR REGIO.

Publicus Professor  
Theat. & Cabinetum

ANDREAS STRUUS GEORGIUS  
Cohm. Pom.

In Auctione Major d. n. 1711  
M. 1711  
M. 1711

Typis  
in Officina Typographica

**A**N Pater AUGUSTUS Legiſ quæ Regia? Falſum?  
ROMULE Tu Sator ei, Gloria ſola Tua eſt.  
Sic rectè extricas CROLOVI ænigmata tanta:  
Te ſic ex ſtudio gloria digna manet.

*ſabente calamo. ſ.*

PRÆSES.

---

**E**Tuos non ſemper, proles genuina Themisſa  
Leges, ſors eadem concomitata fuit.  
Quondam Mopſopis ſedem noviffis Athenas:  
Dein tabula hū ſex ſtabat amica domus.  
Mox cæco arbitrio ferventis ad omnia vulgi  
Parere, è veſtro tunc quoq; jure fuit.  
Poſt, velut Æolio ſmores conduntur in utro,  
Unius in nutu ſanctio veſtra ſtetit.  
Qui cupit in tantos animo deſcendere caſus,  
Hac legat: hæc lucem pagina docta dabit.

*Juveni gnavo & ſolerti lub. ſcrib.*

HENRICUS SCHÆVIUS,  
Ph. & M D P. Cæſ. & Prof.

---

**L**Egiferi geſtis ſpatioſa volumina Juris  
diſcere CROLOVI? res ea digna polo!  
Juridicæ ſies ſic ſplendida ſtella coronæ,  
quam geret excella fronte patrona Themis.

*Egregio Juſtiniani aſſecta, Fratri ac com-  
militioni ſuaviſſimo ſ.*

David Micælius, Stet. Pom.

---

**R**Ector polorum Juppiter arduus  
Ingreſſus orbem florilegas aper,  
Quæ melle lactabant hybleo  
Tunc puerum, radiante flamma  
Donavit auri. Progeniem Jovis  
Dicam potentis, quæ ſapientia

*Depin-*



Depingit auro, splendidissq;  
Ingenium rigidam beryllis.  
Sed cur CROLOVI hoc animo tuo  
Locuda usum? scilicet ut tibi  
Prudentia Juris recentis  
Effigiem veterisq; formes.  
Excresce nitens hac fidei basi,  
Excresce sadans, ut studii labor  
Possit laxari cum politico  
Ingenio Patria salutis.

Hæc non tam calamo ludenti, quam libenti, non tam grato,  
quam gratulanti, amico suo apponere voluit

SEBASTIANUS FABRICIUS, Medericio Pol.

---

**P**ictis in aulis instituit Themis,  
Hinc inde volvens sidera, Persicum  
Convivium, ac adsunt vocata  
Mæonides Patareusq; princeps.  
Et dum sedent, en Hospes amabilis  
Desideratur! moxq; palatiis  
Exire tentant, & recusant  
Aspicere Ambrosiam atq; Nectarum  
Quisnam ille, quænam causa sit, audias:  
Te, Te, CROLOVI, delictum suum  
Desiderant, optant, voluntq;  
Te simul his epulis adesse.  
Recta ergo, fausto non sine sidere,  
Educta cælo culmina Regiæ  
Intra, nec illam derelinque,  
Quam redeas bene pastus inde.  
Sic Fama sacras ante fores manet,  
Ut Te quadrigis excipiat suis,  
Et Sedibus jungat illis,  
Engonasis sibi quas dicavit.

Suo Dn. Sympatriota f.

URBANUS LEHMAN, Colberg. Pom.

F I N I S.

SPECULI IMPERII ROMANI  
VETERIS ET MODERNI

Ex l. 2. ff. de O. J. ad modernum usq; Imperii  
statum & formam continuati.

DISPUTATIO QVARTA

Ad §. 10 & 11.

DE

JVRE PRÆTORIO: PRÆTO-  
RIBUS: ET L. REGIA  
ROMANORUM.

RESPONDENTE

ANDREA PETRO CROLOVIO Corlinens. Pom.



Uribus hisce præmemoratis † additum est jus 1.  
Prætorium A. V. ccc lxxxix. cum primus prætor  
Spur. Furius Camillus Marci Filius, primusq; Consul  
ex plebe propter *avagzlar* ob disfidium de creatio-  
ne Cosf. Lucius Sextius Lateranus crearetur, alter ex  
Patribus Consul erat Lucius Æmilius Mamercus. Contigit etiam  
ut anno sequenti Dictator à plebe Cajus Martius Rutilius nomina-  
retur, qui moris erat ab altero Consulum dictari Liv. lib 6. circ. fin.

† *Origo & Cause* hujus Juris fertur à Pomponio, cum Cosf. fi- 2.  
nitimis bellis avocarentur, neq; esfet, qui jus in civitate diceret, ne-  
cesse fuisse Prætozem creari. *Erroneum.*

Cum *A Manlio* à Saxo Tarpejo dejectò, nemo contra fænera-  
torum sævitiam plebem juvaret, C. Licinius vir admodum insignis,  
plebejus tamen, ope Soceri Nobilis Romani M. Fabii Ambusti ad  
Tribunatum evectus, cum L. Sentio Collega leges ferendas propo-  
suit. 1. ne fenus in sortem computaretur. 2. Ut Civis Romanus non ultra  
500. Jugera agri haberet. 3. Ut alter Cosf. ex plebe crearetur quos mo-  
tus anarchicos licet Marcus Camillus dictator sedaret, obtinuit

M

tamen

tamen nil minus Plebs ut leges prædictæ ferretur. Concessum tamen vice versâ à plebe nobilitati de Pratore uno, qui jus in urbe diceret, è Patribus creando. Ita ut Livius ait, ab diutina ira tandem in concordiam redactis ordinibus, cum dignam eam Senatus rem censeret esse, meritoq; id, si unquam aliàs Deum immortalium causa libenter facturos, ut Iudi maximi fierent, & dies unus ad triiduum adjiceretur, recusantibus id munus Ædilibus plebis, conclamatum est à Juvenibus patritiis se id honoris Deum Immortalium causa libenter facturos, ut Ædiles fierent, quibus cum ab universis gratiæ actæ essent, factum sc̄tm. ut *duos viros Ædiles ex Patribus Dictator populum rogaret, Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent.* Liv. d. lib. 6. in fin.

Pro uno itaq; Consule plebejo plebi à Patribus concessio, Patres tres Patritios Magistratus, ut aliquando pluris haberentur, curulibus sellis prætextatos, tanquam Consules sedentes. nacti sunt, prætorem unum & duos Ædiles Curules, de hisce agam suo loco, de prætoribus verò & potissimum eorum jure quod constituere in præsentiarum dicendum est. Locò insignium utebatur Prætor. *sellâ curuli: Licitoribus VI. Trabeâ: & reliquis Consulium insignibus. Immo & equis albis.* Creatus tunc *Sp. Furius Camillus Prætor*, qui civibus in urbe jus diceret, ideò *Urbanus* dictus est.

3. † *Cives* sunt vel *originarii* vel *assumpti*; illi ex loco natalitatis, de nominantur, vel proprio vel paterno licet alteruter domicilium alibi fixerit. *l. 3. § ult. C. de municip. l. assumptio. ff. ad Municipal. Illi* fiunt sive per adlectionem, cum advena jus civitatis nanciscitur. *l. cives ff. ad municipal.* sive per manumissionem & adoptionem. *d. l. cives.* Servi anteqvam manumittuntur, & advenæ in numerum civium recipiuntur, civium nomine non veniunt, sed hi *peregrini* sunt, illi in jure nostro pro nullis. *l. 1. ff. de jure deliber. l. nullo modo 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar. imò pro mortuis habentur, l. 209. ff. de R. O. l. 59. ff. de condit. & demonstrat. l. 32. §. si donatur ff. de donat inter vir. & uxor.*

4. † Tandem ex Antonini lege *hodie* Romani *Cives* habentur, quicunq; Romano subjiciuntur Imperio. *l. in orbe. ff. de stat. homin.* Inde *peregrini* maxima post Antoninum pium accipiebant in urbe.

urbe commoda, veluti *jus suffragii ferendi & honores adipiscendi*.  
 Strabo lib. 4. Geograph. Liv. lib. 84.

† Cives Romani propter L. Porciam flagris non percuti neq;  
 tormentis subijci ex delicto poterant, sed vel exilio plecebantur, vel  
 Comitibus Centuriatis per Quæstiores ultimò afficiebantur supplicio  
 Cic. pro Rab. Antea liberi fustibus, servi flagellus castigabantur, quæ  
 poena servorum erat atrocior quod referunt loca in Jure nostro l. in  
 servorum ff. de pæn. l. levia ff. de accusat. l. Pedius §. i. ff. de Incend. ruin.  
 l. sicut in fin. ff. de usu fruct. l. Item apud Laboneum §. Si communem ff.  
 de Injur. l. prator edixit. §. prater ea eod. l. 10. §. 12. De in jus vocand. l.  
 veluti de pen. In militia quidem Tribuni militum delinquentes vi-  
 ribus aut fustibus verberabant, etiam ad mortem. Cum autem multa  
 peregrinorum turba in urbem veniret, Prator adhuc alius creatus  
 A. V. DI. qui peregrinis jus diceret, ab eo peregrinus dictus, cives eni-  
 hi ante Antonini tempora, qui Anno Christi cxxxix. xiv. Impera-  
 tor post Casarem Imperio præfectus, non reputabantur. In eo  
 † quidem æquabantur civibus, quod eis æquè ac civibus per Præto- 6.  
 rem, cui ea Jurisdicchio evenerat, jus diceretur, sed nullò aliò gaude-  
 bant civitatis commodò, destituti erant Romæ Testamentorum ju-  
 re: Nuptiarum §. 7. Inst. de Nupt. Militia. Non enim militabant,  
 qui jus civitatis non acqviserant: Jure suffragiorum: Toga. † Un- 7.  
 de deportati dicuntur ad peregrinitatem redigi, qui locus notabilis  
 visitur apud apud Ulpianum in l. sed si hac lege 10. §. Sed si per pæ-  
 nam 6. ff. de in jus vocand.

Captâ † deinde Sardinia ut loquitur Pomponius, mox Sicilia 8.  
 Item Hispania, deinde Narbonensi Provinciâ totidem prætores quot  
 Provinciæ in ditionem venerunt, creati sunt, partim qui Urbanis  
 rebus, partim qui Provincialibus præsent. Cornelius Sylla deinde  
 quatuor adjecit, Julius Cæsar duos. D. Augustus vero constituit sedecim:  
 D. Claudius adhuc duos qui de fide commissis jus dicerent, quibus  
 unum detraxit D. Titius (Titus Vespasianus legendus) sed iterum adjecit  
 Nerva. Octodecim ergò in urbe prætores jus dixerunt §. 32. h. tit. de O. 7.  
 apud Livium tantum quindecim numero, verum ille paulo ante Tib.  
 Vespasianum obiit. Minuente autem Imperio, & hi minuti sunt, &  
 tantum tres creati lege Valentianiani & Marciani. A. A. l. 2. C. de

*offic. Prator.* Horum Pratorum *tria* erant munera. 1. *Ludi. Sacra. Jurisdictione.* Ludos varios dabant ad populi gratiam. vid. Tacit. *Annal. lib. 8.* Plutarch. *in Brut.* Appian. *lib. 1. Bell. civil.* Sacra plerumq; procurabant *Bona Dea* domi per uxores, quæ peragebantur magnis sumptibus. Festus notat hæc sacra dicta fuisse *Damia.* Qua Jurisdictionem in causis privatorum jus dicebant sed *non omnes simul, neq; super iisdem causis, sed propter quas causas creati erant,* iis & præerant, quod bene deprehenditur ex Pomponio & aliis locis apud Historicos, Cornelium Syllam constituisse *Quæstiones publicas de falso: de Parricidio: De Sicariis:* atq; hisce *Quatuor* Prætores præfecisse. D. Claudium *de fidei commissis* duos creasse, ut appareat, qui prætores non ad certam causam dati fuerunt, de cæteris Juris civilis casibus promiscue jura dedisse.

Verum ut genuinam Prætoris juris dictionis faciem ac indolem plenius depromamus, sciendum: Populum Romanum summis Imperii Juribus, meròq; Imperiò sibi reservatò constituisse

9. Magistratus † qui in causis Civilibus jus dicerent, & hoc vel *jure Magistratus*, vel ubi non jure Magistratus procedere liceret, *Jurisdictione specialiter mandanda* esset. † Prius judicium erat vel *voluntaria*, vel *contentiosa Jurisdictionis* vel pro negotiorum qualitate prætor *stipulationes* certas interponebat. Ad primum refero *legislationes: Adoptiones: Manumissiones: emancipationes: causas ubi decreto opus est: Alienationem Prædiorum minoris: Tutoris dationem l. 8. C. de transact. l. tuto §. tutoris datio. ff. de tutel.* Ad secundum spectat *multæ indictio: Pignorum captio, missio in bonorum possessionem: Interdicta & quæcunq; interpretes officio Judicis nobili attulerunt.* Ad tertium spectare censeo, *stipulationes Judicatum solvi: operis novationem: Rem pupilli salvam fore: rem ratam haberi: dupla: damni infecti, judicio fisci, de quibus loquitur l. 5. de V. O. §. 2. Inst. de divis: stipulat: l. 1. Usufr. quem adm. caveat. restitutiones in integrum. l. ea quæ ff. ad municipal. l. 3. de restitut.* Atq; in hisce & similibus occupatum erat officium prætoris † illudq; consistebat in hisce tribus 1. *Injure dicendo:* 2. *Judicem & judicium dando.* 3. *Edicta proponendo.* † Ipsi jus petrarò dixerunt litigatoribus, nisi vel *causæ vel personæ* favor illud aliquando posceret, cujus rei vestigia extant in

h. *Emisio*

*l. Aemilius 38. ff. de minor. qvo pertinent omnes † legis actiones* 13-  
*Scip. Gentil. 2. de Jurisdic. 16. & de quibus loquitur. l. 1. de reb. eor.*  
*l. cum si ff. de Transact. l. non distingueremus §. Julianus ff. de recept. l. 1.*  
*C. de ordin. cognit. Vid. Imprimis hac de re Hotoman. 6. Obs. 6. Cu-*  
*jac. 7. Obs. 24 Sed regulariter Judices & Judicia dari soliti sunt liti-*  
*gantibus, quod innuunt omnia ferè edicta à prætoribus proposita*  
*in quibus non promittunt seipfos judicatuos, sed judicium & Judi-*  
*ces daturos. Hos Judices appellavit vetustas Recuperatores. Ulpian.*  
*Instit. Tit. 1. §. 8. Cicer. pro Flac. Jcti verò arbitros. l. à divo. in pr. de*  
*re judic. Pedaneos. l. 3. ff. Ne quis eum ff. de legat. 1. Hi de factio-*  
*tantum cognoscebant, jus constitutum ex quo judicarent non*  
*habentes, ideoq; nullam Jurisdictionem aut Imperium habebant,*  
*sed simplicem notionem & judicandi facultatem l. notionem de V. S. l.*  
*ait Prator de Re Judicat. neq; sententiam exequi poterant, quippe*  
*quorum Judicium statim, ac res judicata esset, evanescebat. l. Judex*  
*ff. de re Judicat.*

† Distinguebatur hic *Judex* à *Pratore* datus ab illo, quem 14-  
*Princeps* dare solebat. Hic enim vice sacrà judicare dicebatur, ha-  
 bebatur apparitores, assessores, major erat quocunq; ordinariò, ab eo  
 solus Princeps appellabatur *l. 5. C. de Judic. l. ult. §. 2. C. Ubi & apud*  
*quem* Cujac. 12. Obs. 1. l. à D. Pio ff. de re judicat.

† Solebant autem prætores Judices dare ex *Centumviris*, quo- 15-  
 rum creatio non multò post prætores facta est, frequentius tamen  
 ex populo reliquo eligere Judices, in quos ligigantes consentiebant  
*l. 1. §. 1. ff. de Judic. l. ex consensu ff. de appellat.*

† Non ergò simplicis Jurisdictionis nota erat in prætore, quod 16-  
 jus dandi Judicium & Judicem haberet, sed quia hæc competentia  
 ab ordinario & majori dependebat magistratu, necessum est plus-  
 quam simplicem Jurisdictionem penes prætorem fuisse, & mixti  
 imperii ac fori negotia expedivisse, quomodo interpretanda est *l. 3.*  
*in fin. ff. de Jurisdic.*

Cæterùm † *Collegii Centumviralis* Præsides fuere prætores, 17-  
 quod Collegium litibus privatorum judicandis institutum fuit,  
 promiscue omnibus, non testamentariis tantùm, quod tamen mul-  
 tis placet interpretibus, sed pro ut prætores varia litigantibus Ju-  
 dicia

dicia dederunt, varias etiam causas & actiones Collegium hoc exercuit Cic. lib. 1. de Orator.

18. † De causis Criminalibus verò non cognovit, nisi cum solenni accusatione agendum fuit. Qui autem Syllæ tempore præstituti erant prætores, de Parricidio, de Sicariis, de falso, iudices dare poterant Plin. lib. 2. Epistol. Summatim, duo ex prætoribus, Urbanus & pergrinus causas civiles & privatas tractabant, reliqui, præsertim
19. quibus hæc datum erat, criminales & publicas. Hoc loco † affatim observandum cum A. V. cccclxxxix. Prætor primus crearetur, effluxisse à Decemviris pulsus annos Lxxxii. quod tempus numerat Pomponius propè centum annos § 6. b. sit atq; hoc temporis interea viguisse Romæ Pontificum Collegium & legis actiones & ab his Juris Interpretationem & fori exercitium ad prætores & infecutum proxime Centumvirale Collegium devolutum esse, quanquam interea Consules judicasse Dn. Corasius opinetur, quod non abauo si ad tempora ante Decemviros, & pontificale Collegium respiciamus. Indubitatisimum namq; mihi est pontificale Collegium ex historia non esse abolendum, & si hoc constare debet, necesse est legis actiones & judicia civilia penes pontifices tunc fuisse, & si qua hujus temporis Consulium Judicium ab historicis proditum invenire unquam liceret, statuendum esse hoc ex concessione pontificum in casu irregulari contigisse, aut de rebus ad Consulium regimen spectantibus processisse, quod sanè maximum fuit, quippe quibus tota Reipublicæ cura incubuit. Ac licet ejectis Decemviris imperium redditum sit Consulibus, non tamen ipsis cessit forum habendi ac judicii exercendi competentia aut facultas, nisi dicas modico illo tempore, postquam ejectis Decemviris Collegium pontificum ad judicandum plene firmaretur, fori namq; dijudicatio semper ad Imperatorum usq; tempora à regimine publico separata fuit, constitutis ad hanc rem certis Magistratibus scil. post Collegium pontificum, prætore & Centumvirali judicio, qui causas privatorum expedirent. Successerunt tandem ipsi Augusti.
20. † Edictis porro vel absentes vocabant in jus. Vel aliquid pro re nata edicebant. Horum quedam causam perpetuam habebant, quale illud, quod metus causa, unde vi & similia quæ non ad cer.

ad certam litem aut personam spectabant, sed in genere & indefinitè promulgabantur. *Quædam* proponebantur prout species facti inter certas personas inciderat. l. 68. ff. de Judic.

His edictis † prætores jus civile vel adjuvabant, supplebant, vel etiam emendabant. l. 7. §. 1. ff. de J. & J. Atq; hoc ex L. Lætonia quod non immeritò negat Cujac. 18. Observat. 38. † Fuerunt primum annua pr. Instit. de perpet. & tempor. act. l. 2. ff. de statu hom.

† Prætor enim succedens non tenebatur Antecessoris Edicta servare, sed ex novis Edictis poterat jus dicere ut declarat Budæus in l. 2. ff. de stat. Homin. Et Alciat. lib. 3. dispunct. cap. 17.

† Postea autem quia publicam respiciebant utilitatem ceperunt paulatim post annum observari, & conjungi cum jure civili, quod dicit textus singularis, & ad hanc rem valde notabilis in §. sed cum paulatim Instit. de Testiam.

† Ex indeq; dicebantur Edicta perpetua, non ut quoties lubebat edicta liceret prætoribus emendare, corrigere, ac innovare, sed ut malitiæ & improbitati quorundam obviaretur, neve iniqua & nefaria Edicta constituerent, & officium pro quæstu exercerent, Lex Cornelia Tribunitia lata est ut Prætores ex Edictis suis perpetua quamdiu Magistratus duraret, neq; præter ea, quæ in initio Magistratus proposuissent, alia adderent, vel ea innovarent Budæus & Alciat.

Ideo institutum † ut prætores Edicta sua in *Alba pyratia* seu gypsata tabella publicè appensa proponerent, de quo jure eò annò dicturi essent, ut se ad hoc possent præmunere cives, dum antea sub Collegio pontificum judicandi ratio populo arcana, planeq; absconsa fuerat §. eod tempore b. tit. §. jubemus de litigios coll. 8.

Deinde ut † Edicta perpetua mirum in modum successu temporis cumulata & in certo ordine confusa, eò commodius observarentur, post Servium Sulpitium & Aulum Oflium qui omnia justa & æqua edicta in unum collegerant, ultimam operi manum feliciter imposuit *Salvius Julianus* Jctus qui D. Hadriani autoritate Edictum perpetuum centum libris distinctum bonâ methodo congestit, ut ex quibus Edictis prætores deinceps jus dicerent, haberent perspectum.

† Divulgatò hoc Edictò, contigit, ut antea publicatis per Cn. Flavi.



Flavium legum actionibus pontificale collegium evulverit, ita & prætorum autoritas penitus decreveret; jus namq; jam constitutum extabat, ut sic nihil amplius ferè desiderari videretur præsertim revalescente *Præfecturâ Urbicâ* vid. § 20. 21. 22. 23. cum seqq.

29. † Secundùm hujus Edicti methodum Pandectæ compositæ sunt, testante Hermogeniano in *l. 2. ff. de stat. hom.*
30. † Commentariis illustrârunt illud Jcti Veteres, *Ulpianus, Paulus, Gajus, Modestinus, Marcellus, Florentinus, Martianus* & alii, ut ex inscriptionibus legum videre licet, quod fecere inter alia in hunc finem ut LLXII. Tabul. quæ valdè concisæ, & ambiguæ erant, vel juvarent, vel corrigerent, aut supplerent quod ex infinitis ff. & Institutionum locis manifestum est.
31. † Edictum hoc perpetuum *juris non legis* nomen meruit. Non obstat. *l. 1. §. 1. Unde cognat.* Ubi Edictum prætoris lex quidem, attamen impropriè appellatur.
32. † Constat namq; legis ferendæ potestatem duntaxat fuisse penes populum & postea Principem §. *Sed & quod Principi* & *l. 1. de Const. Princip.* Ideoq; prætoribus hanc potestatem planè fuisse denegatam, licet eorum Edicta non modicam obtinerent auctoritatem. Cum enim particulares prætores constituti, qui jure dicundo per annum præsent. §. *deinde b. tit. §. 1. Instit. de perpet. & tempor. act.* conspicerent jus civile in multis deficere, rigorosum, & asperum esse, decernebant hoc mitigare & corrigere *l. ius autem civile §. Prætorium ff. de J. & J.* non tamen hoc præcise facere poterant, *quia tantum juri dicundo, non legum ferendarum aut tollendarum causa à populo erant constituti.* † Et non est dubium, quod si à principio populus refellere voluisset edicta illa, quin potuisset, fecissetq; jus dici ex alio jure scripto, tamen quia prætores faciebant hoc ex æquitate, populus videns illa edicta, spectare ad publicam utilitatem, ea admittebat. *d. §. jus prætorium.* Paulatim itaq; propter talem observationem crevit id temporis autoritas prætoris ut in simili habetur in §. 1. *Instit. de fidei commiss. hered.* ut ab eorum edictis non discederetur, quinimò observarentur non in vim legis, sed *effectualis observantie.* Et quamvis jussu Hadriani Imperatoris edictum perpetuum postea sit compositum, non tamen eo ipso

eo ipso lex effecta, sed edictum seu jus honorarium permanfit, nihilq; novi ei amplius accessit, quàm quod ex annuis Edictis factum fit perpetuum, uno volumine comprehensum.

Hinc Confectarium est † *Inscriptiones titulorum* scil. Pauli 34<sup>7</sup>  
*lib. Responsor. vel ad Edict. &c.* per se nomen juris non obtinere, sed quatenus Paulus vel alius librum Edictorum, quæ imperatores in illum librum congerere voluerunt, explicuit, & interpretatus est. Idem est cum *Jure Papyriano, Flavianano, Eliano, &c.* Non enim hi de suo quicquam adjecerunt, sed leges confusas & inordinatas in ordinem redegerunt. † Jctos enim legum ferendarum aut tollendarum jus non habuisse multis probare licet, sufficiat jam *l. prospexit, ff. Qui & à quib. manumitt. l. 1. C. de LL. l. 9. & ult. C. cod.*

† Edictorum verbo *interdicta* continentur de quo non ambigendum *l. 1. §. 1. ff. ne vis fiat ei. l. 1. §. 1. ff. de liber. exhibend.* cum ab autoritate prætorum omne omnino interdictorum genus processerit *§. 1. de Interdict.* Presiori tamen significatione differt edictum ab Interdicto. Illud enim generaliter videtur promulgatum, hoc inter certas tantum personas. *l. 2. in pr. ff. Ne quid in loc. l. edita. c. de Edend.* Ad quorum executionem si qua vel vetando vel jubendo quid interdiceret, se judicia daturum pollicebatur. Hujusmodi interdicta sunt vel *Exhibitoria. §. 1. instit. de interd. vel prohibitoria. d. §. 1. Restitutoria. d. §. 1. vel simplicia aut duplicia. l. 2. ff. d. tit. Et libr. ff. 43. per tot.*

Cæterum cum jus prætorium *Urbani prætoris honorarium* dicatur † *Itane & Ædilitia Edicta? Anne & hæc jus prætorium audiunt?* 37<sup>7</sup>  
*Illi annuo propter Magistratus utriusq; honorem; Hoc renuo, nisi improprie sumptò vocabulò.* Non obstat. *§. Prætorias Instit. de divis. stipulat.* ibi enim verbum *Prætoris* redundat, uti ex Theophili Græcis Institutionibus manifestum est, & ex *l. 5. ff. de V. O.* Cujacius idem demonstrat. Vel dicendum voculam prætoris ibidem improprie sumi, quò sensu largiri possumus jus ædilitium Juris prætorii portionem esse cum Cujac. *lib. 8. c. 38. Et in l. 1. ff. de V. O.* Petr. Faber *in l. nec ex prætoria 27. ff. de R. 7. cum eadem de re prætor edicere possit, de qua edicit Ædilis. Paul. lib. 1. sententi. tit. 1.* Et deficientibus Ædilibus (non enim quotannis Ædiles semper creabantur)

N

tur)

jur) Judicia *Ædilium* ad prætores deferebantur, scribit Dio *lib. 57*.  
Hinc fit, ut sub jure prætorio comprehendatur jus *Ædilitium*, non  
vice versâ sub jure *Ædilitio* jus prætorium Cujac. *d. lib. 8. c. 38*.  
arg. *l. 4. ff. de Senator.*

38. Quod autem Papinianus. † Jus Civile è prætorio distingvit  
præter rationem jam dictam etiam fit propter certas utriusq; pro-  
prietates. Jus namq; civile durum & asperum nonnunquam est,  
prætorium vero mite & moderatum: *Illud* dat heredem; *hoc* tan-  
tum possesforem. Ita obligatio & actio honoraria ab actione ci-  
vili differt, & debitum honorarium sive prætorium, sive *Ædilitium*  
à debito civili. *l. 1. §. ult. Et l. 3. §. 1. ff. de constit. pecun. Et §. 1. Instit.*  
*de obligat. l. 7. §. 1. ff. de 7. & 7.* In quibus jus *Ædilitium* occupatum  
est docet tot. tit. *de Ædilit. Edict. l. lectos. 12. ff. de pericul. & commod.*  
*rei vend. l. 3. ff. de vi publ. l. 13. §. si quis mensuras. ff. locat.*

- Hæc quæ diximus ordinariam concernunt prætoris Jurisdic-  
tionem, in quibus hæc ordinaria Jurisdictio consistebat, dixi  
39. *n. 10.* † præterea solebat prætor in casum absentia, vel magni Impe-  
dimenti jurisdictionem suam *alteri mandare*, vel poterat alius præ-  
tor pro alio adiri, qui *extraordinaria* erat prætoris jurisdictione. Illa  
vocabatur *mandata hæc prorogata*. *Mandata* fundatur in præclara  
lege Papiniani in *l. 1. ff. de offic. ejus* quæ totam mandatæ jurisdic-  
tionis naturam explicat in eo, ut tantum ea, quæ jure Magistratus  
competunt, neq; ex lege specialiter delata sunt, eò spectent. Tum  
etiam hoc innuere lex illa videtur, ut & simul mandatæ jurisdic-  
tione transire dicantur sinè quibus jurisdictione explicari nequit, quo  
ipso mixtum Imperium simul includitur secundum recentiores  
quosdam, à quorum partibus nos non segregamus, de qua re dixi-  
mus ad *tit. 21. lib. 1. ff.* Sane advertendum mandatæ jurisdictionis  
exercitium processisse tempore prætorum quando super facto con-  
tentio fuit, si quæ vero res altiore requireret Indaginem, & de  
quæstione juris intricati ac abstrusi agendum esset, mandatæ juris-  
dictioni non fuisse commissum, sed prætorem ad centumviralis ju-  
dicii rei controversæ decisionem detulisse. Conf. Cujac. *10. Observ.*  
*20.* qui refert. *controversiam curiam, utrum nimirum expressa pupil-*  
*laris contineat tacitam vulgarem, inter Crasum & Scævola in. Judicio*  
*centumviri fuisse terminatam.* Pote-

† Poterat etiam alius prætor pro alio adiri, puta *tutelaræ pro* 40.  
*vide commensario, urbanus pro peregrino, ex prorogata Jurisdictione. l.*  
*18. ff. de Jurisdic. quod & hodie nihil habet dubii in propria & ordi-*  
*naria jurisdictione quin prorogari possit. Schrader. tract. feud. p.*  
*10. sect. 3. n. 96. quod idem est ex moderna consuetudine in causis*  
*meri Imperii, si nimirum Judex ille, in quem fit prorogatio, alias ha-*  
*beret Jurisdictionem in similibus causis criminalibus, quod tradit*  
*& benè probat Gail. de pac. public. lib. 1. cap. 12. n. 10. cum sqq. In*  
*mandata etiam siue delegata jurisdictione æquè obtinet, si Judici ad*  
*tempus dato, tempus illud consensu partium sit prorogatum, quod*  
*ita est de jure civili, secus autem est de jure canonico Zaf. in l. si per*  
*errorem. 15. de Jurisdic. Item quoad actus voluntariæ Jurisdictionis*  
*qui prorogari non possunt. Etiam si prorogatio judicis fiat qui*  
*non habet jurisdictionem, prorogatio non valet. Ideoq; proroga-*  
*tio illa inefficax est, quæ se quis creditori ad privatos carceres obli-*  
*gat, si certo tempore debitum non exsolverit. Matth. Coler. de pro-*  
*cess. executiv. part. 3. c. 6. n. 10. cum sqq. Arnold. Engelbr. de Juris-*  
*dic. Imper. thes. 32. cum sqq.*

*Ad §. 11.*

### De L. Regia Romanorum.

**R**ECTO quidem ordine subjicit Pomponius constitutiones Princi-  
 pum aliis Juris speciebus præmissis, verum in hoc admonendus  
 est Pomponius, L. Regiam sub Romulo cepisse, & Imperatorum  
 primorum temporibus demum resuscitatam esse. Pomponius  
 vero omnem legis hujus originem solis Imperatoribus confert,  
 quod est contra historiam, uti docebit discursus insequens. Repe-  
 titur mens pomponii ab Ulpiano in *l. 1. ff. de constit. princip.* ubi ait,  
*Quod principi placuit legis habet vigorem, utpotè cum L. Regiæ quæ*  
*de ejus imperio lata est, populus ei & in eum omne suum imperium*  
*& potestatem contulerit. l. 1. ff. de constit. princip.* Pomponius in *b. l.*  
*2. §. 11.* rationem addit: Nam cum Senatus non proinde omnes  
 provincias probè regere poterat, per partes evenit, (seu quod ita le-  
 go, per patres convenit, ut necesse esset Reipublicæ per unum con-  
 suli. † proinde *d. §. 11. cum l. 1. ff. de constit. princip.* conjungendus 41.

N 2

est.

- est. Verum cum uterq; generaliter, obscure & sine adjectione temporis & personarum hæc loquatur, non minima in textibus hisce explicandis, interpretibus, quorum ne unus erroris expertus, nata est difficultas; *An vel quando hæc L. Regia lata sit? quenam ea fuerit? vel an & quomodo potestas populi in principem translata sit? quæve evidens extiterit necessitas ut per unum Reipublica fuerit consulendum, probabili quadam ratione asserere?* † Hoc indubitato tenendum, quæ Senatum populumq; Romanum, ut nni fasces committerent, causa impulserit, factiones fuisse varias, quibus Respubl. periculosè fatigabatur, Syllæ non tantum, sed & Marii, Cæsaris, & Pompeji, quæ Juris hujus origo fuit. Quæ ratione autem L. Regia lata sit, non æquè constat. Certe quid ipse sentiam, aliud non video, quam rem hanc, utpote in jure non dilucidè expressam, ex relatione Historica investigandam esse, ut ex earum collatione, quam quisq; amplectatur Helenam cuiusvis ipsius revelet arbitrium.
43. † Principio indubitatum teneo, *L. Regiam* non esse *commen- tum*, quod quidam suspicantur sed propter *d. l. 1. ff. de tit. d. §. 11. de O. J. §. 6. Inst. de l. n. g. §. c. l. 3. C. de Testament. §. 36. b. Tit. 1. negat. 2. ff. de morte inferendo*, extitisse necessum esse, quia læges & loca allegata expressam *L. Regiæ* faciunt mentionem, à quo autem & quando ceperit, quisve ejus verus fuerit tenor, lis omnis adhuc pænes judicem. † Cujacius & quem alii ad *tit. de l. n. g. §. c. in nor. prim.* sequuntur *L. Regiæ* originem repetunt à tempore Regum
45. Romanorum & imprimis à *Romulo*. † Vultejus deducit ex jure *Regio judæorum* Samuel *lib. 1. c. 30. 25. §. Sed & quod Principi 7. Instit. de jur. n. g. §. Civil.* † Covarruvias *pract. quæst. Wefenbec. ad Tit. de J. n. g. §. c.* & pleriq; eam à tempore *prima monarchia* derivant;
47. Lanfius ab *Augusto Imperatore in discurs. de L. Reg. Thes. 4.* † Lindenmannus statuit verissimile esse lægem illam *Regiam non extare*, sed potestatem illam, quam Reges & Imperatores partim, vi partim potentia & populi consensu sibi usurparunt, *Regiam lægem* appellari ad *tit. de O. J.*
49. † In hac opinionum incertitudine omnium incertissimam primo intuitu conspicio Vultei *d. loc.* ut pote quæ cum allegatis locis, in quibus *L. Regiæ* mentio fit, plane non convenit, etenim antequam

ceptum.

septum Romanum Imperium leges à Samuele latae extiterunt: Saul namq; ex computu Historiarum Anno ante natum Christum MLXIX. vel circiter: post captam Trojam cxii. Circa Latini Sylvii iv. Latinorum Regis annum Regni xxvi. Rex Israelitarum à Samuele inunctus & electus est, quem secutus est David decennio post circa ix. Annum Latini Sylvii V. Latinorum Regis. Ad quid ergo hae Samuelis Lex Regia ad nostram L. Regiam quæ in Imperio Romano lata esse perhibetur quod CCCIX. annos post Saulis Regnum tandem in Romulo anno ante Christum natum DCCCL. vel circiter cepit. Magis idcirco verisimile est, quia L. Regia nostra antiqua est. Liv. *lib. 6.* vel à primis Regibus, vel Imperatoribus Ethnicis repetendam esse, quod & Ulpianus homo Ethnicus (& ut quidam volunt) Christiani nominis hostis *d. l. 1.* autor, arguit.

† Cujacium autem indistinctè an sequar, hæreo. Positò, Re- 50-  
ges leges condidisse, ut certissimè plures condiderunt, attamen eas pro suo & Reipubl. statu, qualis tunc fuit condidisse verisimile est ac ideo imperio imperatorum vix convenisse. Ac licet utrobique fuerit Monarchia quoad statum, nunquam autem puram existisse aut Dominatum, insuperq; differentiam utriusq; non levem fuisse refert Halicarnasf. *lib. 2.* † Tum & propter exosum Regium nomen 11-  
vocem illam L. Regiæ vix valuisse eousq; ad Imperatorum tempora deferri, probabile est, Pomponius namq; refert in *b. l. 2. § 3.* Leges illas Regias L. Tribunitiâ planè exolevisse. † Insuper & ferè absur- 52-  
dū videtur Romuli tempore hanc L. Regiam extitisse, quia populus Romanus in Romulum potestatem suam transferre non potuit, quia tunc temporis populus Romanus in illa potestate non fuit, sed ab ipso Romulo adeptus est demum populus Romanus: *Magistratus creandi: Leges sancienti: & de bello & pace decernendi potestatem* quod testatur Dionysf. Halicarnasf. *lib. 2.* quæ postea tempore Cosf. præsertim post *L. Publicolam* renovata, & ut populus meri imperii competentiam in civem Romanum haberet, aucta, quæ potestas tandem in quendam Imperatorum transferri necessum fuit, si unquam in principem populi potestas translata diceretur.

† In re autem hac plusquam incerta non quidem purè in Cujacii discedo sententiam, sed probabiliter tantum conjicere est, ex- 13-  
stitisse

stitisse forte quendam L. Regiam de soluta potestate sive à Romulo sive alio Rege latam, quam exactis Regibus cum aliis LL. Regiis ab interitu vindicatam postea vel populus ad principes transtulerit, vel unus vel plures Imperatorum ad statum sui temporis in L. Regiam sibi aptarint.

54. † Moveret forsan Livius *lib. 34* ubi de L. Oppie abrogatione ita loquitur Valerius inter alia: *Quid vetus L. Regia simul cum ipsa Urbemata?* Et vocula *latam* in *d. l. 1.* quasi ante principes lata sit.
55. † Alioquin & certissimum est omnes L. Regias non exolevisse exactis Regibus, quod erroneè Pomponius, quemadmodum multa alia in *l. 2.* nostra comminiscitur, sed multas ab interitu esse liberatas, ut testatur Sigonius *lib. 1. de antiquit. juris Romani c. 5.* Livius *d. lib. 34.* † Et primos Cos. L. Junium Brutum & Collatinum leges quasdam Servii Tullii in usum revocasse, refert Dionys. *lib. 5.*
57. † Hujusmodi etiam L. Regia est, cujus mentionem facit Marcellus *in l. 2. ff. de mort. Infer.* quam *l. 6.* fuisse † Numæ Pompilii II. Romanorum Regis notat Forsterus *lib. 1. Historiæ Jur. Roman. c. 7.*
59. Quæ lex quia sacra tractabat servata est. † Omnes namque Numæ leges, quæ ad sacra pertinebant, exactis Regibus non sunt abolitæ, sed continuo servatæ, inter quas hæc *l. 2.* numeratur, quæ adhuc ferè in usu est. Julius Capitolin. *in Anton. Pion.* Similem legem de mulieribus gravidis, rei capitalis damnatis, apud ægyptios & Græcos recenset Diodorus Sicul. *lib. 2.* Clem. Alexand. *lib. 2.* Plutarchus *de Ægyptiis.* Ælianus *de Atheniensibus.* Varro *Histor. 5.* Valerius refert, quem & allegat Gothofred. *ad d. l. 2.* † Gorgiam quendam Epirotam in funere matris sua utero elapsam & inopinato vagitu suo lectum ferentes consistere coegisse, & ita matrem fato functam peperisse, Gorgiam ante elatum, quam natum fuisse *lib. 1. cap. ult.*
- Romuli item legem de patria potestate à Decemviris in 4. Tabulam relatum esse asserit Halicarnas. *lib. 2.* quæ ipsa † patriæ potestatis severitas ad jus nostrum Civile pertracta est, quo se referunt *l. 11. ff. de liber & posthum. l. ult. c. de emendat. propinq.* † Legem insuper, quam populus Romanus circa leges condendas: Magistratum ordinandum: & belli indictionem sibi soli reservavit, & ad tempora priorum Imperatorum usurpavit, olim Romulû populo indul-

indulſiſſe ex Dionyſ. ante adductum eſt, & refert Forſterus. hanc  
Romuli L. fuiſſe 9. Hiſtor. *Jur. Roman. lib. 1. c. 6.*

Hoc ſi ita eſt, præſumendum hanc L. Romuli poſtea populum  
ſemper uſurpaſſe quod ex Livio multis in locis colligitur, donec ad  
principem, vel à populo ipſo, vel quodam Imperatorum vi, vel *aſu-*  
*riâ* eſt translata. † Populum enim non plus in principem, quam <sup>63.</sup>  
ipſe habuit transferre potuiſſe indubium eſt. † Tria autem hæc <sup>64.</sup>  
duntaxat populo competiſſe ex Dionyſ. ſumus edocti.

Cæterum quod Impp. quidam de ſua vel aliorum poteſtate L.  
Regiam promulgavit video nuſpiam, † niſi apud Appianum de <sup>65.</sup>  
*bello civili* referentem Legem *Julii Caſaris*, ut *ei qui in ſuas leges non*  
*juraveſſet, capitale eſſet*, quam pœnam in ſtatu populari in ſciſcitanda  
lege non fuiſſe uſitatam liquet ex Feſto & quæ tradit Manut. *de An-*  
*tiquit Legum Roman.* Num autem hæc L. Regia ſit, cujus ex Cujacio  
veſtigia invenimus nemo indiftinctè aſſeret, minus L. ab Appiano  
adductam pro L. Regia venundabit. An ergo hæc ab Auguſto præ-  
ciſe lata ſit adhuc eſt incognitum.

† Placet Thomæ Lanſio *Iſto in Diſcurſ. de L. Regia theſ. 41. & 66.*  
aliis non infimæ notæ Iſtis præ aliis Auguſtus, quem hujus legis  
Regiæ authorem defendunt, quod probat Lanſius potiffimum per  
*l. apud eum l. 4. §. 1. ff. de manumif. Legem hanc eſſe Auguſti, Sveton.*  
*lib. 2. & Dionif. lib. 55. aſſerunt & ipſe non abnuo, verum num il-*  
*la ipſa ſit L. Regia noſtra nunquam, ut credam, adducor, quanto mi-*  
*nus credam cæteras Leges. C. Julii Octavi Auguſti de vi publica &*  
*privata l. 3. 4. 5. 7. 10. ff. ad L. Jul. de Vi publica l. 33. §. 2. ff. de Uſura-*  
*pat. Pauli lib. 5. ſentent. tit. 26. Majestatis l. 1. 2. 3. 4. ff. ad L. Jul. Ma-*  
*jeſt. Juliam Caducariam uti exiſtimat Hotomannus de qua Ulpia-*  
*nus Inſtit. 28. l. 4. §. eodem ff. de fidei commif. libert. l. 96. ff. de legatis*  
*1. De adulteriis. Tit. ad L. Jul. de adulteriis De peculatu Ulpianus in l. 1.*  
*ff. eod. De reſiduis l. 2. ff. ad L. Jul. peculat. De ceſſione bonorum l. 4.*  
*C. Qui bon. ced. poſt. Juliam Miſcellam Tit. 40. lib. 6. C. Novell. 22.*  
&c. Leges Regias vel L. Regiæ partes eſſe, quia omnium harum LL.  
author & genuinus pater Auguſtus audit, aliarumq; multarum, quæ  
in corpus Juris relatæ non ſunt, quarum Dion meminit *lib. 38. Paul.*  
*4. Sentent. 6. Gell. lib. 4. c. 2. Plin. lib. 33. c. 2. idem lib. 2. c. 24. Sveton.*

in Ne-



67. in *Neron.* † Pauca Leges Julii Caesaris in corpus juris redactae sunt praeter *L. Juliam repetundarum*. Caeterae pleraque omnes in *Jstorum* libris opera Triboniani abolitae.

68. † Proinde existimo *d. l. 14. §. 1. de manumis.* non loqui de *L. Regia* Augusti, de qua nobis sermo est, sed tantum de manumissionibus ab eo lata, uti etiam sentit *Sveton. & Dion. dd. loc. Principem solam vindictam manumittentem civem Romanum efficere, quod alii non liceret.* Non obstat Imperatorem peculiari legali nexu hac lege solui. Ergo oportet hanc vel *L. Regiam* esse integram, vel ejus partem. Illud asseverare absurdum, eò ipso enim Imp. duntaxat à manumissionis *LL. seu. L. Aelia Sentia* esset exemptus, & hodie manumissionis ritu ex usu desitò, Imp. nullis *LL.* solutus esset, quò nihil ferè absurdus. Hoc aequè implicat. Credibile est minutissimas quasque partes vel casus cum manumittendi praerogativa in *L. Regia* expressas fuisse per *l. non possunt 17. ff. de U.* vel generaliter fuisse conceptam *l. 1. 2. §. 10. ff. eod.* Exemplo *l. 3. c. de Testam.* ibi generaliter dicitur. *Licet Lex Imperii solemnibus Juris Imperatorem solverit* non additò quanam juris solemnitate inspecie Imperator solutus sit. Quantumvis ergo *L. Regia* tenor solutam principis potestatem cantet, exinde tamen non sequitur. *d. l. 14.* solvit Imperatorem manumissionum solemnibus. *E. d. l. 14.* est *L. Regia*, plures enim Leges extant quibus Imp. praeter caeteris privatis praerogativa quaedam gaudent, quis autem hasce singulas legem *Regiam* assereret, de qua nobis quaestio est. Similis Lex est: *quod principi § 6. ff. de legat. 2.* Et utut liberaliter ponamus *d. l. 14.* *L. Regia* veram esse partem, exinde tamen nondum ex lege illa probatum est, Augustum totius *L. Regia* auctorem esse, à parte enim ad totum non rectè inferitur.

69. Quis ergo tandem *L. nostrae Regiae* genuinus parens? † Necessè est ante *Vespasianum* legem hanc fuisse conditam, quia prius *Caesar, Augustus Tiberius & caeteri ante Vespasianum L. Regiam* usi sunt. † Ansam quidem de origine praebet *Pompon.* cum dicit propter multitudinem provinciarum quas cum Senatus commode regere non posset, detulisse populum omnem potestatem suam uni qui Regimini praesesset *l. §. 11. Sed male* † Certum est populi voluntate non spontaneè sed

sed *coacta*, ad principes devenisse, ut videre licet ex Manutio, qui rem hanc ex medulla Historiæ desumpsit. Idem asserit Tacit. *lib. 1. Sveton. in Caesar.* qui jura populi inter se & populum diviserat Leoni- na divisione, quod ipsum jus cum per impotentem Triumviratum in desuetudinem abiisset, reduxit Augustus Sveton. *c. 40. & 41. Dion. lib. 3.*

† Idem tradit Connanus *lib. 1. comment. jur. civil. cap. 16. Qvi 72* non video an Jure refutetur à Lansio per ea quæ alias Dion loquitur in *d. lib. 53.* cujus verba allegat in *Thef. 8.* Senatum eum (Augu- stum, omni legum necessitate liberasse, & ea quæ subjungit ex Ta- cito in *d. lib. 1.* Tiberius ut Imperium susciperet ad infimas conte- stationes procubuisse, ea Lansius contra seipsum adducit. 1. Eo enim ipso, quod ait, Senatum hæc talia fecisse fatetur Senatum populi munia adeptum, de populi autem juribus loquimur, non de Senatus, & nõ an Senatus, sed populus jura sua in principem trans- tulerit. 2. Ipse Dion quod vult explicat *d. lib.* quæ præterit Lansius: Augustum licet armis oppressisset Rempublicam, & armis teneret, tamen titulum quæsisse, ut volentibus imperare videretur, ideoq; per decennium sibi imperium à Senatu conferri & prorogari cu- rasse, & non semel cogitasse de reddendo populo Imperio refert Sveton. *c. 28.* sed tamen de retinendo secum statuisse Dion *lib. 53.* Idem de Tiberio & Caligula refert Sveton in *Tib. & Calig.*

Si itaq; verum est, quod hic ait Paulus in *d. l. i. de constit. princip.* † certè non agnoscimus voluntatem populi spontaneam (multo minus cumulativè, non privativè Principi contulisse potestatem, quod opinatur Duaren. *ad tit. de constit. cap. 1.*) sed ut Aristoteles eam appellat, *invitam vel mixtam*, quæ populus L. hanc Regiam sive de novo condiderit, sive renovarit, & ad Imperatores ante Tiberium aptarit, siquidem tum temporis Monarchiam Imp. vi & callidita- te tenebant pro ea quæ in eis erat modestia, vel quam simulabant, nonnulla ab initio connivebant, ne uno ictu, quod periculosum erat, populus libertate sua desuaderet, cujus rei Exemplum esto in L. Falcidia à Tribuno plebis A. V. dccxiv. sub Augusto lata D o- mitiõ & Asinio Cosf.

† Totò ergo hoc de L. Regia discursu in Thesin certam tan- 74-  
dem

dem deducto, aliorum opinione salvâ, existimo à Romulo L. Regiam capessere materiam ac originem, & quoad illa tria, quorum Dionys. meminit, populi jura ad principis devenisse. Quia autem procul dubio Reges subsequentes cum ipso Romulo plenitudinem potestatis, meumq; Imperium exercuerunt, solutam illam potestatem exoletis Regibus delituisse, donec à Valerio publicola merò imperiò in caput Civis Romani distitandò per Legem populo concessio, Imperatores annis post popularem statum amplius D. hæc singula populi jura cum Regum juribus olim antiquatis, vi & astutia ad se transtulerint, veletiam ll. quasdam novas pro firmando Imperio formaliter introduxerint, Julium Cæsarem autem non minus ac Augustum hoc egisse, ut cum Rempubl. armis tenerent, se volente populo Jura Imperii gubernare viderentur, quæ Tiberius postea statim quæ populo competierunt, illi ademit & inter se & Senatum divisit, tandem est Senatus auctoritas Majestati Monarchicæ subjugata, ab eaq; oppressa vigore pristino defecit.

75. † Num autem Lex Regia unò contextu generaliter sit concepta ad instar l. 31. ff. de LL. quam falso L. Regiam opinatur Lantius, vel expressi in ea sint singuli casus quibus princeps ll. solutus esset, dubitare, non hariolari licet, verisimile est non omnes, sed quosdam casus solutæ potestatis in ea fuisse nominatos, eosq; ab Imp. & Jctis postea specialius explicatos, ampliatis, & limitatos, quas leges adduximus in sequentibus hujus §.

76. † Extant ex libro *Epigrammatum Romanorum* L. Regiæ de Vespasiani Imperio reliquiæ apud Hotoman, ex quibus deprehendere licet, eam, quo quisq; die successores demortuorum Imperium excipiebant, recitari solitam fuisse. Salomonius testatur hæc reliquias (quas tamen non plenè refert) extare Romæ in *Basilica Lateranensi* ære incisas. Ita se habent: *Fadusve cum quibus volet facere liceat, ita ut licuit divo Augusto Tib. Jul. Cæsari Augusto, Tiberioq; Claudio Cæsari Augusto Germanico utiq; ei Senatum habere, relationem facere, remittere. Sæta per relationem, discessionemq; facere liceat, ita uti licuit Divo Augusto Tib. Julio Cæs. August. Tib. Claud. Cæsari Augusto Germanico. Utiq; cum ex voluntate auctoritativè jussu mandatorè ejus presentè eò Senatus habeatur, omnium rerum jus perinde habeatur.*

beatatur, servetur, perinde ac si è lege Senatus edictus esset, haberetur vè.  
 Utiq; ei fines pomarii proferre, promovere, cum ex Republica censebit esse  
 se liceat, ita ut licuit Tib. Claud. Casari Augusto Germanico Utiq; qua-  
 cumq; ex usu Reipublica, Majestate Divinarum, humanarum, publicarum,  
 privatarum rerum esse censebit, ei agere, facere, potestasq; sit; Ita uti D.  
 Augusto Tiberioq; Julio Casari Augusto Tiberioq; Claud. Cas. August.  
 Germanico fuit. Utiq; quibus legibus plebis vescius, scriptam fuit ne Di-  
 vus Augustus, Tiberius vè, Julius Casar Augustus, Tiberius vè Claud. Casar  
 Augustus Germanicus teneretur; his legib. plebis vè scitis Impp. Casar.  
 Vespasianus solutus sit: quæq; ex quaq; lege, rogatione Divum Augustum  
 Tiberiumq; Julium Casarem Augustum, Tiberium vè Claudium Cas. Au-  
 gustum, Germanicum facere oportuit, ea omnia Impera. Casari Vespasiano  
 Aug. facere liceat. Utiq; quæ ante hanc legem rogatam acta, gesta, de-  
 creta, imperata ab Imperatore Casare Vespasiano Augusto, jussu manator vè  
 ejus actu, facta sunt, perinde justa rataq; sint, ac si populi plebis vè jussu  
 acta essent. Si quis hujuscè legis ergo adversus leges, rogationes, plebis  
 vescita, Senatus vè consulta fecit, fecerit, sive quando cum ex lege, rogatio-  
 ne, plebis vescito, SVEC facere oportebit, non fecerit, hujus legis ergo, id  
 ne ei fraudi esto: ne vè quid eam ob rem populo dare debeto, ne vè cui eâ  
 de re actio, ne vè judicatio esto, ne vè quis de ea re apud se agi finito. Hæc  
 ex Epigram. antiqv.

† Soli ergo Augusto, uti nec alii Imperatorum soli hæc L. Re- 77.  
 gia ascribenda, quia aperte exhibere reliquiis cernitur ipsum J. Cæ-  
 sarem hæc Regia usum fuisse, quisq; horum ab initio vi, simulatio-  
 ne & astutia egit, ut primum populi, deinde Senatus jure & pote-  
 state demptâ & debilitatâ, hanc omnem tandem in se reciperent, fa-  
 cilèq; ansam præbuisse, ut dum Rempublicam Impp. armis tene-  
 rent, factionesq; variæ Rempublicam turbarent S. P. Q. R. Jura,  
 & potestatem lege quâdam acciperent ut volentibus quasi Impera-  
 re viderentur. Delituit nempe per D. Annos florente populari sta-  
 tu, Regia & soluta potestas à Romulo per L. Regiam primum insti-  
 tuta, donec Julii Cæsaris, Augusti, & Tiberii Dominatu excitata,  
 subtilius & copiosius quam ante præscripta erat, renovata, aucta  
 & in usum deducta est, singulisq; Imperii succesforibus, quo die im-  
 perium suscipiebant, accommodata, & publicè recitata est, qui

78. eam paulatim magis magisque exercuerunt † Verisimile est hanc legem potissimum in meris Civilibus solvisse principem & Jura divina naturalia, gentium, & fundamentalia quovis tempore exclusisse, alioquin non lex, neque jus, sed vis & Tyrannis fuisset omni ratione destituta quæ de L. Regia mea est opinio, quæ tamen alii rectius sentienti derogatum nolo, aut cupio.
79. † Notandum etiam ex hisce L. Regiæ reliquiis licuisse ab initio Imperatoribus liberè fœdera pangere abs S. P. Q. R. consensu ac suffragio, quod hodiè capitulationes Imp. vetant, quæ consensum procerum rigoroſe requirunt Sleidan. *lib. 1. pag. 29.* Nec abſimilem fuiſſe morem Regum, qui fuit Imperatorum propter hanc
80. L. Regiam deprehendimus ex Livio *lib. 1.* † Ubi Fœcialis Regem Tullum ita rogavit: *jubes ne me Rex. cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? jubente Rege* (ſolo ſcil. pro populo Romano non cum
81. eo fœdus ineunte) † *Sagmina hoc eſt verbanam, inquit, te res poſco.* Rex ait: *Puram tollito. Fœcialis ex arce graminiſ herbam puram attulit:*
82. († verbenæ ex loco ſancto puræ tempore conſulum ſecabantur à Conſule vel prætore, legatis ad indicendum bellum, aut fœdus faciendum proficiſcentibus Plin. *lib. 22. cap. 2.*) Poſtea Regem ita rogavit: *Rex fac ne me Regium nuncium. P. R. Quiritium? Vaſa comitesq; meos?* Rex reſpondit: *Quod ſine fraude mea, P. R. Quiritium fiat, facio.* Deinde fœcialis patrem patratum facit, qui legibus fœderis recitatis, *AUDI inquit JUPITER, audi pater patrato populi Albani, audi tu populus Albanus. Ut illa illa palàm prima poſtrema ex illiſ tabulis, ceravè recitata ſunt ſine dolo malo, utiq; ea hic hodiè rectiſſimè intellecta ſunt, illiſ legibus populus Romanus prior non deficiet, ſi prior defecerit publicò conſilio, dolo malo, cum dieſpiter populum R. ſic ferito, ut ego hunc porcum feriam: tantoq; magis ferito, quanto magis potes, pollesq;. Quod uti dixit, porcum ſaxo ſilice percuffit.*
83. † Sub Conſulibus populi R. ſolutæ poteſtatis circa fœderum: Sanctiones alia ratio nulla fuit, cujus exemplum extat fœderis cum Antiocho Rege facti apud Livium *lib. 38.* Deniq; ſub initio Monarchiæ L. Regia, ſolutaq; poteſtas excitata † ad Theodoſii ferè tempora liberius extitit populi Jure dempro, Senatusq; authoritate *dicta. cauſa habitâ*, deinceps res cum proceribus agi cœpta.
- † Tandem

† Tandem & Constantini Magni tempore tota Imperii forma Im- 85.  
mutata. Sibrand. Sillam. *de Judic. Centumvir. lib. 2. c. ult.* † Ac 86.  
ultimò sub Nicephero 42. Imperatore orientali A. C. DECCII. à  
Carolo Magno Imperio Occidentali initiante, sub Othonibus &  
Henrico Sancto Imp. Imperium Aristocraticum temperamentum  
plenius assumpsit † ut modernum Imperium Romanò Germa- 87.  
nicum Monarchicum quoad statum, Aristocraticum vero quoad  
administrationem merito nuncupandum sit. Cothman. *in C. lib.*  
*2. Tit. 1. q. 1. n. 10. Bod. in lib. 2. de Repub. c. 2. vers. porro Monarchia.*  
*p. 295. Recesf. Imper. Ratisbon. §. Als haben wir mit That und be-*  
*lieb: n obgemelter unserer und des heiligen Reichs Churfürsten nicht*  
*umbgehen mögen/ etne gemeine Reichsversammlung auszuschreiben/*  
*& multis recesib. aliis. Atq; sic tandem de lege Regia † quam 88.*  
*mauult Corasius Remniam dici, sed sine ratione. lib. 6. miscellan.*  
*quast. c. 8.*

Per hanc & quæ olim Impp. Romani ultro sibi sumserunt,  
vel temporum succesu ex conventionione cum proceribus ex A. B. &  
capitulationibus (ut hodie dicuntur) Cæsareis pro forma Imperii  
tenent, † hoc habent Majestatis, ut eorum placitum *d. 1. 1. de Con-* 89.  
*stit. Princip. legis habeat vigorem, Pomponius ait h. §. 11. constitu-*  
*to Principe datum est ei jus, ut quod constituisset, ratum esset hoc*  
*jus, Lex aut constitutio appelletur l. 1. de Constit. Princip. §. 6. In-*  
*stit. de l. n g. &c.*

† Æquabili, ac olim, Imper. Moderni Majestate polleat ut 90.  
succesores Romani Imperii, qui in novissimis Recesibus Impe-  
rii appellantur des Heiligen Römischen Reichs Teutscher Nation-  
item erwählter Römischer Kaysers, ic. licet Caroli Magni virtute  
pulsis ex Italia Longobardis Imperium occidentale hodie apud Ger-  
manos solos resideat. † Non enim accidentalis hæc denominatio, 91.  
sed origo Imperii est introspectienda, quæ est Romanorum, quorum  
Imperium & bello & transactione cum Impp. orientalibus & suf-  
fragio S. P. Q. R. per Carolum Magnum ad Germanos Imperato-  
res devolutum est. † Fatiscans ergo Pontificii adulatores Impe- 92.  
rium modernum occidentale feudum esse pontificis ineptientes,  
hosq; Imperii esse translatores per. *c. unis. Clement. de jurejur. &*

*e. Venerabilem de Elect. Marta de jurisdict. p. 1. c. 18. n. 12. & sq. Pa-*  
*normitan. & alii ad Clem. Pastoralis § fin. de Judic. in 6.*

93. † Est enim & erit adhuc Romanum imperiū, durabitq; cum  
 mundi seculo, oriente licet, & occidente jam dudum abscisso, versus  
 septentrionem in sola Germanorum inaurata terra, tam civilibus,  
 quā hostilibus armis extremē saucia, afflictissimē status Monar-  
 94. chicus hodie emineat. † Non enim tam terra ampla, quā jus terræ  
 95. Monarchiam facit. † Discerptō Imperiō Majestatis jura semper  
 manserunt indivisa, ideoq; membra ejus olim de facto avulsa ei  
 adhuc coherere de jure censentur arg. l. 9. §. 12. de hered. instit.  
 96. † Orientis Imperatoris æquē ac occidentis Imp̄p. fuerunt. l. 35. C.  
 de in offic. testam. Constit. de Justinia. Cod. confirm. & occidente sub-  
 actō orientis nil minus Imp̄p. occidentis permanserunt arg. d. l. 33.  
 97. & d. Constit. Crantzius in Saxon. lib. 6. c. 37. † Nec dubitandum  
 lutosis statuz pedibus apud Dan. 2. per mundi ventos expositis, fer-  
 ream plantam h. e. statum & nomen 4. seu Romanorum Monar-  
 chiz perduraturum, donec saxum à monte avulsum Christus Je-  
 sus cum toto Angelorum cœtu in novissimo, faxit! brevi instante  
 die, pedes hosce comminuens & annihilans, Regnum novum &  
 æternum credentibus suis aperiet Dan. 2. 41. & 44. ubi Luther &  
 Theologi.
98. Principum hæc placita ut legis vigorem obtineant † oportet esse justa, neq; juri naturali, gentium, divino, & fundamenta-  
 99. li contraria l. filius 15. ff. de Condit. Instit. † Omnia enim quæ fa-  
 cere lubet non licet, nisi quæ honestè possumus. l. nepos de F. S. C.  
 faciat 22. q. 2. Agat-bosa in fin. 27. q. 2. Exulet merito vox illa: Sic  
 volo sit jubeo stet pro ratione voluntas, nisi voluntas ea & ratio  
 justa sic & honesta. Exulet Machia-vellus & impia vox Julia,  
 100. Caracallæ uxoris & Novercæ, † principem legem dare, non acci-  
 pere, quæ voces sani non sunt hominis, sed impurissimi Busridis.  
 101. † Quicumq; enim hæc jura perumpere conatur Majestatis divinæ  
 non effugiet judicium. Bod. de Rep. lib. 1. c. 8. Vasquius Illustr. Con-  
 troverf. 5. n. 21. 22. Ita rectè dicit Ulpian. in l. 8. §. 2. de in offic. testam.  
 Si Imperator sit hæres institutus libris sc. sine causa præteritis)  
 posse in officiosum dici testamentum sæpè rescriptum est, quia hæ-  
 reditas

reditas naturâ ad liberos deferenda est. † Est enim natura superior 102.  
 principe Valer. Maxim. *lib. 7. c. 7.* † Atq; naturali, gentium, ac fun- 103.  
 damentali Jure princeps non consideratur & Princeps, sed ut Ho-  
 mo. Schurff. *Consil. 59. n. 7.* † & Jure privatorum utitur, adeoq; effi- 104.  
 caciter obligatur, ut nec plenitudo potestatis, nec alia urgens clau-  
 sula eum eximat. Decius *Consil. 151. Col. 5.* Exinde proclive est, quid de  
 quæstione sentiendum. *An princeps II. solutus sit? an privato ex pleni-  
 tudine potestatis jus suum in debitè auferre possit? An Antecessorum pacta  
 & quæ cum aliis pepigit, servare teneatur? Quæ ab aliis operosè cu-  
 mulantur etiam super legum merè civilium quæstione an & quomodo  
 illis princeps solutus sit?*

† Non me laret quid super Cujacii opinione de *ll. caduca-* 105.  
*riis* & de *L. Julia & Papia ex l. 3. ff. de legibus* quam *L. Regiam* Dn.  
 Lansius appellat, communiter Dd. tradunt, cui non immoror † Hoc 106.  
 tamen peculiariter addo, me non reperire in annalibus fide di-  
 gnis Papium quendam cum vel sub Augusto Consulatum gessisse,  
 cum tamen, si inscriptio *l. 3.* esset momentosa, necessum foret  
 hujusmodi Consulem cum Jul. Augusto consulatum gessisse,  
 † quia omnes nominatæ leges in corpus Juris redactæ, vel ab u- 107.  
 troq; , vel alterutro Cofs. nomen sortitæ sunt.

† Magis exulat Græcorum opinio qui à pœnalibus principem 108.  
 solvunt, cui non absimilis est Fachinæ *Controvers. lib. 5. c. 2.* Ne  
 quid antiquitatis penitus ignoretur *§. 1. instit. de Testam.* reminis-  
 cendum: † *Neronem olim Vitellium & Domitianum* hostes Impe- 109.  
 rii à Senatu judicatos, actis eorum omnibus antiquatis. Sveton.  
 Turpeq; cum sit causas oranti, jura in quibus versetur, ignorare  
*§. 43. b. Tit.* innotuit omnibus † principem in causis *pecuniariis* 110.  
*& depositionis* judices hodie agnoscere ordinarios Vid. Auth. Juris  
 Saxon. in *Weichbildt art. 8.* cum gloss. *n. 15. & 16.* Marquard. Fre-  
 her. in not. ad *Petr. de Andlo de Imp. Romano lib. 2. c. 20.* Goldast. in  
*Reichs-Satzungen part. 1. fol. 158.* vid. cap. 6. §. 4. n.

† Demiror comprimis. Hunnium Principem verè *ll. fo-* 111.  
*lutum* esse statuentem, exceptâ solum *L. Falcidia* per *l. 4. C. ad L.*  
*Falcid.* Dicerem quidem principem legibus omnibus solutum,  
 nisi constet de casu excepto, sed tamen plures video casus exce-  
 ptos



ptos quam quo Hunnius vult potestatem Principis constrictam

112. † Solutam potestatem limitant *l. 14. §. in ff. de manumiss. l. quod Principi 56. ff. de legat. 2. l. 32. C. de appellat. l. in donationibus. C. de Donat. l. Locatio 5. l. Fiscus. de publican. § Vectigal. l. bene à Zenoue. C. de quadrag. prescript. l. 1. C. qui pro sua Jurisdic. l. à giudice l. 1. §. fin. à quibus appell.*
113. non & c. & simill. † Cæteris omnibus non expressis æqvè solutus est, nisi vel voluntario obsequio secundum ll. vivere velit *l. digna vox C. d. ll. † vel dentur quædam exceptæ quarum vinculo obnoxius sit, ut in l. 4. C. ad L. Falcid. & l. papinianus 8. §. si Imperator 2. ff. de inoffic. testam. † Unde apparet Imperatores L. Gilicia non esse solutos, nec in testamenti factione passiva. l. ex imperfecto 3. C. de Testam. l. nolimus 20. eodem §. ult. Instit. quib. mod. Testam. infirm. l. 6. 7. C. qui testam. fac. poss. l. ex imperfecto 23. ff. de Legat. 3. † Hisce & similibus si fortè plures, Imperator solutus non est, vel quod hisce ll. naturalis ratio subsit, quæ Imperatoris potestatem transcendit. Valer. Max. l. 7. c. 2. vel quod hæc ex ipsis legibus, quibus Imperator voluntariè se subjicit, sint nominatæ & expressæ, ultra quos ad similes non esset procedendum, † cum correctio juris non præsumatur. Menoch. lib. 1. præsumpt. in 6. † tam quod de principis potestate disputare Sacrilegii sit instar *l. 3. c. de Crim. Sacrileg.**
118. † Atq; quod præter hosce casus nominatos etiam in antiqua Roma Imp. non omnibus LL. civilibus indistinctè soluti, sed quibusdam legati fuerint, testis est ocularis Salomonius, qui legem Romæ æneis tabulis insculptam videri scribit in hæc verba: *Uti quibus LL. plebisvè scitis scriptum fuit ne D. Augustus Tiberiusq; Julius Caesar August. Tiberiusq; Claudius Caesar Augustus Germanicus tenerentur, plura de hoc fragmento ex Hotomanno supra adducta sunt hoc §. n. 76.*
119. † In casu igitur non excepto & evidentè non apparentè, in puncto Juris merè civilis standum est Regulæ generali: Principem ll. solutum esse, cujus rei Testimonium hodie visitur † quoad *judiciaria* in summo Camera Imperialis judicio, & in aula Cæsarea ubi neglectis apicibus processus ex æquo & bono expediuntur, si modo cause merita sint justa, & de eis facta constet. Paurmeister
121. lib. 2. de Jurisdic. Imper. Roman. cap. 5. n. 42. † Quæ enim illum sub

sub potestate & solennitate legum Civilium indistinctè & de necessitate constringeret, cujus presentia & autoritas omnem solennitatum defectum supplet *l. omnium C. de Testam.* Jaso in *l. rescripta C. de precibus imp. offerend.* † Qui omnium legum & totius juris author, fons, & scaturigo est. Paurmeist. *de juridict. Roman. Imperii lib. 2. c. 4. n. 23.* Gæden. *Consil. 59. n. 2.* † qui solus soluta potestatis plenitudine utitur. *Recess. Imper. de anno 1530. §. und diemeil &c. aliisq; multis.* † Actum de jure Civili invalidum, ex plenitudine potestatis ob publicam versantem utilitatem, constituere potest validum, cujus rei manifestum est exemplum in pactis successoriis & confraternitatibus illustrium personarum & familiarum, aliàs enim pacta de successione & hereditate viventis sunt prohibita, per text. in *l. hereditas, C. de pact. convent. l. pactum C. de pact. l. fin. 6. cod. l. 2. §. interdum ff. de vulgari & pupillari substitutione.*

† Magis est indubitatum, quod quoad ea omnia quæ principi in signum supremæ ejus potestatis & Majestatis ous besonder Königl. Hobett und Reservaten reservata sunt, quæis omnium inferiorum statuum Juribus longè supereminet, II. Civilium vinculo solutus merito dicatur, quæ reservata ex usu imperii sic dicta, † apud Hispanos *Majoria*, apud Gallos *Domanium* dicuntur Reinkingk. *Tract. de Regim. secul. & eccles. lib. 1. Clasf. 5. a. n. 101. ad 128.*

Hæc de judiciariis & actibus merè civilibus. † Ecquis etiam in Testamenti factione activa Imper. LL. mere civilium vinculo subjuget? *Zaf. ad l. princeps ff. de LL. Paurmeist. de juridict. lib. 2. c. 6. n. 42.* quanquam factioni passiva Majestatem suam se ipsum subjicere videatur per *l. ex Imperfecto 3. C. de Testam.* & aliis supra allegatis.

Hactenus vidimus, an & quatenus princeps ex L. Regia II. sit solutus, sed ut maximè sit II. solutus † non auferet alteri jus suum quæsitum indebitè. Hoc æquè est de casibus exceptis, nec civili tantum, sed & naturali ratione fulcitum, ne alteri jus suum indebitè auferatur, † nec quis locupletetur cum alterius jactura aut damno *l. 14. ff. de condict. indeb. l. 206. ff. de R. J.* † ne-

131. dum à 'principe' regulariter, † nisi publica svadeat utilitas, quæ  
 contra juris communis observantiam ire permisum est *l. 9. §*  
*14. C. de oper. public.* ut adducto exemplo vulgari, si circumstantiæ  
 ad admittunt, ut ædes tempore belli demoliantur, debet pro demo-  
 litis ædificiis privatis pretium ex æquitate suggestione refundi, per  
*l. 13. §. 1. ff. Comm. præd.* nisi Princeps ex plenitudine potestatis pre-  
 132. tium refundi nolit, † quæ potestatis plenitudo in dubio non  
 præsumitur *Zaf. Cons. 10. Vol. 2. Afflict. in c. similiter potest. n. 15.*  
 133. *de Capitan. qui Cur vendid.* † nisi addat princeps Clausulam se ex  
 certa scientia ita velle rescribere, quæ certa scientia & motiva in  
 principe præsumptionem inducit, principem in illo casu com-  
 motum ut possit, & velit potestatis plenitudine uti, si actus ple-  
 nitudinem hanc desideret, si vero secus, clausulâ illa opus non est,  
 attamen actum illum se ex certa scientia expediri velle præsu-  
 mitur post *Innocent. in c. innotuit de Elect. Castrenf. in l. ex im-*  
*perfecto n. 1. C. de Testam. Alexand. & aliis tradit Gail. 2. observat.*  
*5. 6. per tot.*
134. † Quando enim Princeps ex certa scientia, & proprio mo-  
 tu in Civilibus negotiis aliquid rescribit, justam ei causam sub-  
 esse præsumitur, quia in hisce Princeps ll. solutus est *l. 31. ff. de LL.*  
*l. digna vox 3. C. eod.* Veluti si ex certa scientia sine pretio refuso  
 jubeat tempore belli suburbia incendi & demoliri: Si damna sub-  
 ditis belli tempore illata remittat: paxq; aliter in bello justo ha-  
 135. beri nequeat, † de potestate hac principis disputare non licet,  
 136. quia hoc esset sacrilegium *l. 3. c. de Sacrileg.* † Et dum facit hoc  
 Princeps, facit hoc ex plenitudine potestatis, ultra quam potestas  
 nulla est in mundo.
137. † Quod in simili, referri potest, cæteris paribus præter  
 status immediatos cæteros, ad civitates immediatas Imperii, ut  
 138. benè sentit *Gail. 2. observat. 57. n. 8.* † non autem ad municipales  
 & mediatè imperio subjectas, quæ si suburbia civiumq; domos  
 demoliantur belli tempore, potestatis plenitudine uti non pos-  
 sunt, sed ad pretii refusionem tenentur, quia instar privatorum  
 habentur per *l. cum qui vestigal. ff. de V. S. Gail. d. loc.*
139. † Consequenter de *juris gentium* religione ad pactum cum  
 priva-

privatis, imo hæreticis, & hostibus initum, Imperator tenetur. *l. i. ff. de pact.* & per ea, quæ tradit Bart. in *l. ex imperfecto C. de Testament.* nisi de ipsa hæresi, vel contra Rempublicam essent inita, in quibus non tenenda, sed rescindenda fides foret, pacta enim hic intelliguntur de negotiis honestis & licitis *l. filius ff. de Condit. Instit. l. nepos Proculo 154. de V. S.* in quibus Princeps Jure privatorum utitur, ut † sola mutatio voluntatis in summo principe 140. indigna videatur ejus majestate Anton. Faber. in *Consult. de Ducat. Munifer. part. 2 fol. 11.*

† Antecessorum etiam facta rectè præstat Imperator & Rex 141. in Imperio ac Regno hereditario, non autem æquè in Electio & quod ex *L. Regia* delatum est, nisi contractus inter alia sapiat publicam utilitatem, vel jura, vel officium successoris concernat, quod alias de jure ei competit, de quo plura Arnisaus de *Jure majestatis lib. 1. c. 7.* Vult Feud. 10. n. 16. quod benè tenendum de constitutionibus prioribus, an & quomodo successorum obligent? † quod indistinctè Wesenbecius docet in *Paratit. hic n. 2.* Principem successori præire non posse, ubi exaudiendus est, *Si L. Regia vel Jure sanguinis & Electionis, non autem si Jure hereditario ad Imperiam devenerit*, quod probant allegati, & communiter D. d. † De 143. posterioribus autem constitutionibus, an illæ sint prioribus potiores per *l. ult. ff. de constit. princip.* eodem modò indistinctè tenet, quod tamen non obtinet, nisi constitutio generalis posterior priori generali sit contraria, licet de ea expressa non sit facta mentio *c. licet c. de Constit. in 6.* † Specialis tamen, sive Privilegium 144. posterius prius datum in dubio non corrigit, nisi de eo expressa fiat in contrario posteriori mentio, aut posterius probetur ex certa scientia emissum *l. ult. & ibi glos. & Bart. C. si contra jus, vel utilitatem publicam.* † Idem est de statutis & consuetudinibus 145. particularibus rationabilibus locorum, quibus per rescriptum aut Constitutionem principis non præsumitur esse derogatum, nisi animus principis ex clausula derogatoria expressè appareat, consuetudinem illam, vel statutum per legem novam tollere velle, quod tradunt Bart. Bald. Panormitan. & communiter CC. per text. expressum in *d. c. licet 1. de Constit. in 6. & ad d. l. ult.*

- Cæterum secundum *l. 1. ff. b. tit. principis placitum* expeditur † 1. *per rescriptum seu epistolam, literas, & subscriptionem*: 2. *per decretum*: & 3. *per edictum*. Priori modo Imp. cum causa cognitione ad preces supplicantium rescribit, qualia rescripta passim in codice visuntur. Qui rescripta impetrare possint, & de quibus rebus supplicare liceat, vel non liceat, docet tit. *C. quando lib. princip. datus*: Et tit. *Ut lit. pendens. vel post. provocat.*
- † In rescriptis semper sub intelligitur clausula: *Si preces veritate nitantur, & fiant cum justitia, & salvo jure tertii, nec alteri inferant injuriam* aliàs per sub & obreptionem supplicantium impetrata intelliguntur, quod exprimit Zeno Imp. in *l. 7. C. de divers. rescript.* quæ lex hanc rem dilucidè explicat. conf. *l. 1. § 5. Sicontr. jus vel util. public.* Exemplum ponit Ulpian. in *l. 1. ff. de Natal. restit.* † Sive etiam contra jus & utilitatem publicam sint concepta, legis vigorem minimè obtinent, † non enim præsumitur Princeps contra jus naturale aut gentium, quicquam decernere, neq; positivum, & jus publicum, sed in dubio censetur principem per importunitatem partis, ita rescripsisse, ex falsisq; supplicantium narratis circumventum esse, text. in *c. fin. de Rescript. in 6. c. 1. de Religios. Domibus in 6. l. 1. C. de petit. bon. sublati.* Bart. ad *l. 2. C. Si contra jus & util. publicam.* Novel. 82. c. 17. qualia rescripta nulla esse, asserit Grammat. *Decis. 107. n. 35.* ad finem. Immo ex ipsorum principum voluntate perinde habentur ac si obtenta non essent. *d. l. 5. C. si contra jus & c. d. Novell. d. loc.* Et ille qui hujusmodi rescriptum petiit, ambitus crimine damnatus, tertiâ parte bonorum confiscatus infamiâ laborabit *l. 1. C. de S&is. Confer. l. 7. C. de precibus Imp. offerend. d. l. 7. C. de diversis rescript.* † Quod si autem non ad instantiam partis ex falsis narratis deceptus, sed motu proprio ita decrevit, ex plenitudine potestatis rescripsisse intelligendus est, aliàs non potestas principis, sed voluntas arguitur. vid. *b. §. 11. in 24.* cum sqq. vel cum novam legem edicit & priorrem tollit, quod itidem ex justa causa facere præsumendum, in hoc enim casu de potestate principis disputare fas non est. *l. Di-purari. C. de sacril.* dummodo jus tertii non lædat, quod Imperator

rator privato tanquam jus suum quaesitum de plenitudine potestatis indebitè auferre nequit, nisi publica subsit necessitas, & interesse ipsius Imperatoris vertatur. Bald. in *c. ad audientiam*, de *Rescript.* pulchrè Decius *cons. 143. n. 4. & 7.* Zas. *Consil. 10. n. 7.* vid. *n. 34.* cum *sqq.*

† Porro rescriptum requirit *subscriptionem diem & Cosf.* quod 151.  
patet per *l. si qua 4.* & Leonis *l. Sacri 6. C. de diversis rescript. c. 25. q. 2.* Non enim praesumitur velle princeps quod non legit, neq; subscripsit, ideoq; Imperator Leo ei, qui hujusmodi chartam circumfert, capitale statuit in *d. l. 6. d. loc.* † Quod tamen 152.  
non intelligendum est de LL. sine die & Cosf. in Corpus Juris redactis, quæ plerumq; Justiniani *nova quaedam leges sunt*, de quibus est expressus textus in *§. 2. de Novo. cod. fac. §. 3. de Justinian. Cod. Confirm.* Plura quæ requiruntur in rescripto, vid. in *l. 3. & 6. C. de divers. rescript. l. 2. C. de petit. bonor. sublati* † Quæ 153.  
omnia si in rescripto concurrant, vim habent litis contestatæ, & in communi causa consorti litis prodest, si omnes supplicaverint, licet ad omnes non sit emissum. *l. 1. C. de divers. rescript.* etiam ultra annum *l. 2. eodem.* Vid. Fachin. *8. controvers. 65.*

† Decretum habetur in *l. 1. §. 1. b. tit. §. sed & quod prin-* 154.  
*sipi Instit. de l. n. g. & c.* Qvalia sunt ferè omnes codicis constitutiones, † quæ generalia num sint decreta, & ad similia ex- 155.  
tensibilia, in quibus Imperator interloquendo in uno duntaxat negotio decrevit, dubium non leve movet *l. 3. circ. med. C. de LL.* ubi Imperator Theodosianus hoc negat, Justinianus autem in *l. 12. C. eod.* affirmat, in verbo: *Definimus omnem.* Sed puto hanc *l. ult.* legis tertiæ esse abrogatoriam, quod monui alibi *ad tit. de LL.* & expressè ita vult Ulpian. in *l. 1. b. tit. ibi vel de plano interlocutus est*, nisi cum hac limitatione interlocutio principis sit restringenda, quæ ex non sufficiente causæ cognitione promanarit, quò casu tale decretum ad jus commune esset reducendum, intelligendo illud de tali interlocutione, quæ vim definitivæ non obtinet, neq; appellabilis est, de qua vid. Gail. *2. Observat. 129.* per tot & quos ibidem allegat.

P 3

† Edit.

156. † *Edictum* motu proprio princeps pro subditorum utilitate emittit *l. 3. de LL.* Hujus Exempla sunt in *l. edictum 8. ff. de quest. l. Edictum. 13. ff. de jure Fisci. l. 15. ff. ad L. Cornel. de fals. l. 6. C. de secund. Nupt. l. 29. C. de Testam. & 13 Edicta Justiniani post Novellas relata.*
157. † Hæ tres principis placiti species communi nomine *constitutiones* appellantur quæ ex eis vere generalis sit, benè describitur in *l. 3. C. de LL.* & in Epilogis fere Novellarum omnium cognoscitur, exinde speciales colligere licet. De *Orationibus* olim ad senatum à candidatis (qui hodie Cancellariis comparare licet) habitis vid. *l. 8. in pr. de transact. l. 32. in pr. de donat. inter vir. & uxor l. 3. C. de LL. & simil.*
158. † *Pragmatica constitutiones* à principe Consilio, & tractata constituendæ memorantur in tot. *iii. C. lib. 1. tit. 23.* earumq; mentio fit in § *pen. Constitur. de Justin. Cod. Confirmand. l. jubemus 10. l. privilegia 12. §. 1. l. decernimus 16. C. de Sacro Sancta Ecclesia.*
159. † quæ ab *annotationibus* principum multum differunt, quibus principes brevi quâdam subscriptione & annotatione responsum dabant in ipso libello supplicantium, quarum etiam meminit *d. l. 10. C. de Sacro Sanct. Eccles. & l. 1. C. de precibus Imper. offerend.*
160. † *Tralatitium* est legem pragmaticam, omnes casare consuetudines sicubi in contrarium sint receptæ, de quibus ex text. in *Auth. Omnes peregrini C. communia de success. Auth. Navigia C. de furt. l. eos. 20. §. 1. circ. med. C. de usurp. c. caterum. extr. de Juram. Calum.* quo refertur etiam *l. licet. 19. & l. 30. C. de pact.* ex quibus etiam intelligitur quæ II. sit autoritas
161. † quæ tamen in tantum vim suam non extendunt, ut vincant usum vel consuetudinem. Diversum namq; est jus feudorum à Jure Civili Romanorum, tum & Obertus se explicat, quod II. civilium in controversiis feudalibus nullus sit locus, nisi jure feudali deficiente, quo casu tantum adhibentur leges in subsidium.
162. † Sunt itaq; constitutiones duplices *Generales* de quibus jam diximus & *Speciales* h. e. personales aut *privilegia* quæ circa momentosæ controversiæ notam explicantur in §. *sed & quod*


quod principi vers. nam quod Inst. de I. n. g. & c. l. i. §. ult. ff. b. tit. §. sciendum vers. sed hoc quidem Inst. de hered. qualis. & differ. † Privilegia namq; non semper sunt beneficia, sed & pœnarum 163. exasperationes ob immane quoddam flagitium ait Bodin. i. de Republ. vel mitigationes, ob singulare artificium & eruditionem delinquentis. l. ad bestias 31. ff. de pœn. fac. l. postliminii §. fin. de captiv. & postlim. revers. l. neq; Dorotheum C. de Decur.

† Querere lubet. An in penis irrogandis persona singularis 164. eruditio, vel artificium proficiat, ne delictis exactè pœna respondeat? Extat. hæc de re text. in d. l. ad bestias 31. ff. de pœn. per quam refert. Jul. Clarus sentent. §. ult. q. 60. Paridem patrocinantem per hunc textum Bombardarium quendam in Consilio Regio liberasse, & Dylum insigni fabro, cui erat amputanda manus, pœnam mitigasse, quam pœnæ vel remissionem, vel mitigationem pro declarando textu, quem invertit Alciat. lib. 1. parcep. c. 28. iudicibus inferioribus inconsulto principe minimè licere, ait, fac. l. postliminii §. fin. ff. de captiv. & postlimin. revers. ubi pro Menandro Jæto qui libros de re militari scripsit capto ab hostibus, lex data est, ut Civis Romanus esset, quia jus apprimè callebat, fac. l. neq; Dorotheum 61. C. de Decurion. Scias tamen, addit Clarus, quod in omnem casum valde difficile est hoc in practica obtinere, & dicit Cæpolla in l. merces. circa fin. ff. de V. §. quod vidit quandoq; viros egregios in aliqua arte decaptari, licet sibi hoc non placeret d. loc. n. 26. in fin. Quid quid hujus sit, † cum in D. Crellio Electorali Cancellario 165. decapitato, aliisq; viris egregiis exempla plura extent † dubium non est, posse principem ob singularem eminentiam 166. eruditionis, vel artificii alicui personæ privilegii loca pœnam vel remittere, vel mitigare, imò & solet propter atrocitatem delicti privilegii nomine & posteritati in exemplum exquisitior nonnunquam pœna inveniri l. aut facta. 16. §. nonnunquam. fin. ff. de pœn. † Privilegia namq; sunt quando princeps vel ob 167. benemeritum quid indulget, vel ex gratia subvenit, aut pœnam solito graviolem alicui irrogat. Bocer. Clasf. Disput. 3.


† Privi-





168. † Privilegia dare solius est principis summi, nisi & cū regalem hanc dignitatem quo ad territorii sui subditos concessit, † personas tamen non egrediuntur, quævis extinctis, & qualitate rei & causa, ob quam data sunt, finitā, eo ipso privilegia ipsa simul expirant, nisi *per modum conventionis* data sint, quo quo casu transeunt in hæredes, quod quomodo procedat, si immunitatis privilegium sit concessum generi, vel posteris, familiæ aut descendantibus, tractat. Gail. 2. *obs.* 2. a. n. 13. ad fin. Zaf. lib. 2. *sing. respons.* c. 15. † Cæterum privilegia rite & non ex falsa causa concessa, largissimè sunt interpretanda l. 3. ff. b. sit. si non vergant in præjudicium tertii, aliàs strictissimè accipi debent, adeo, ut nec confirmatione juventur, quia confirmatio non nisi sine præjudicio tertii intelligitur, per ea quæ tradit Gail. 2. *Obs.* 1. per 101.
171. † Sunt etiam privilegia stricti juris, ubi agitur de iudicio *exemptionis* Jurisdictionis alterius. Roman. *Consil.* 18. Bald. in l. *beneficium* ff. de *Constitut. Princip.* neq; extendi potest de loco ad locum, nec de personis ad personas. Immo si quis gaudet privilegio fori, vti istius privilegii non potest cōveniri, nisi coram illo iudice, attamen hoc nõ obstante, nihilominus potest ratione delicti, ac rerū existentium conveniri coram ordinario ejus loci c. *dilecti.* De foro *compes.* ]
172. † Ut autem privilegia in foro contradictorio valida reputentur, opus est ut insinuentur iudici & parti in forma authentica, alias nõ profunt. Rom. *Constit.* 330. n. 19. per l. *si quis divinam* C. de *aqua duct.* Insinuationem autem Camera Imperialis non aliter recipit, quam salvo jure Imperii, & (ut modo monuimus) jure tertii, ideoq; licet insinuatio facta sit soli iudici, parti non præjudicat, quia ejusmodi insinuatio semper jure tertii salvò fieri debet.
173. † Quæ Imperator concessit alicui in *insigne einen WapenBrieff* & imposuit 20. mercarum auri pœnam, si quis contra privilegiū attentasset. Sempronius autem hoc insigne in quadam fenestra depictum vi ejicit, num *Fiscali competat actio contra ejicientem?* R. ut actio locū habeat, requiri 1. Si privilegium ante citationem sit insinuatū. 2. Si de pœna privilegii sit admonitus. 3. Si ex dolo ejecerit 4. Si admonitiones præfractè spreverit. *Ausb.*  
accj. *Cameral.* fol. 275.











VVLGO DIATO die Klapper-Jagd. 433

§. XI. Quodsi igitur in iudicio petitorio (a) super ipso ita di iure controuersia mouetur, is, cui solum inferior minor, aut media, venatio data est, a nostro uero modo se abstinere debet in locis, ubi ferae maioribentur. Is autem, qui duntaxat superiori, siue maioribentur venatione, tali, vice versa, uti nequit in locis ubi ferae minores, aut mediae, subsistunt. Ratio assequius in promptu est, qui alterius ferae per eiusmodi actionem disturbantur, et in aliena loca extra banerium transfugiunt (b). Non debet autem alteri per

eorum numerus praeter necessitatem non sit augendus, si-tem id quoque non facile permittitur, ut, praedio, cui venandi cohaeret, inter plures possessores diuiso, in locum unius iaculatoris, qui ante factam diuisionem fuit, postea res substituatur. Vid. Mandata Regis Prussiae d. 9. Maij. 4. d. 10. April. 1709. d. 8. Mart. 1712.

Actiones, quibus partes litigantes in iudicio petitorio exantur, sunt Confessoria et Negatoria utilis.

Audiamus ante, quam ulterius progredimur, ipsosmet uerres, quibus potissimum in sua arte credendum est. Huc me faciunt tria luculenta testimonia, quae sequentibus s concepta sunt:

Steuer der Wahrheit attestire ich Endes, Unterschriebener l. Schwarzburgischer Ober-Förster hiermit auf Begehren, das so genannte Klappern oder Klapper-Jagen, wenn  
E  
nehm.